

In topicorum ciceronis commentariorum lib. i.

Manitii Mālii Severini Boetii viri clarissimi et illustri-
stris et consulum ordine ad patricium in topica Licer-
onis Commentariorum.

Liber primus



Exhortatione tua patri-
ci: Rhetorum pitissime
Que et presentis bone-
state propositi et future
etatis utilitate coniuncta
est: nihil antiquius existi-
maui. Cui muneri liben-
tius acceui. Non quod ad
instrumentum te comen-
tarios in. M. Tulli Topica
laborare me credidi. Ridiculus quippe fo-
rem si Minervam doce-
re velle (ut aiunt) litteras. Sed ut ex disciplinarum li-
beralium sumptum penam nostre apud te semper pignus
amicicie permaneret. Quod enim munus ex alio dili-
gentibus iocundius inueniri potest: quam quod ipsius ani-
mi partes format et instruit. Nam cetera fere caduca
imbecilla: labantia: et si ad fortune vicem species: pes-
ne semper aliena sunt. At vero opulenciam litterarum: nec pre-
sens imminuit etas eorumque auctoritatem ipsa etiam cum-
cta conciliens auget potius et confirmat vetustas. Acci-
pe igitur opus: non efficientie securitate: sed amicicie
presumptione susceptum: apud quem nescio quo nam inter-
suos pacto garrere non dedecet: si quod prelato munere
cum tuorum aliquid operum postulauero: iniurius fue-
rit si negabis. Sed cum in. M. Tullii Topica Victorini
rhetor plurima noticie comenta conscripserit non
me oportuisset melioribus forsitan attemptata contin-
gere: nisi esset aliquid quo se noster quoque labor exercere
atque parere potuisset. Quattuor enim voluminibus
Victorinus in Topica conscripsit: eorum primo in decla-
randis tamen libri principiis occupatur. Addit etiam siquid
in eodem volumine predicanda fuisse perpendit ut
ab exordio voluminis Topicorum quod est. Maiores nos
res scribere ingressos Trebatii: usque ad eum locum qui
est sed iam tempus est ad id: quod instituumus acce-
dere primi voluminis. Victorini expositio terminetur
Secundo volumine de iudicandi atque inueniendi logice
partibus: et de locorum atque argumenti diffinitione per-
tractat: ut ab eo loco Topicorum: quod est. Cum omnis ratio diligens
differendi duas habeat partes. Unam inueniendi: al-
teram iudicandi usque ad locum: qui est. Itaque hinc diffinire
locum esse argumenti sedem. Argumentum autem ratio-
nem: que rei dubie faciat fidem secundi libri commentorum
explanatio subsistat. Tertius vero atque quartus discre-
tionem locorum inter se: eorumque exempla multiformiter
persequuntur. Ita ut tertius quidem Tulliana sibi de iure
preponat exempla. Quartus vero eosdem locos per alias rur-
sus similitudines monstrat ex Virgilio vel Terentio
poetis. Oratoribus Licerone: et Latone: ut quod pre-
ceptis ostenditur: exemplis multipliciter collucescat:
neque ab eo loco: qui est in topicis: sed ex his locis in quibus
argumenta inclusa sunt expositio progressa: eum trans-
cendit locus qui est valeat equitas: que pariter in cau-
sis paria iura desiderat. Quanta vero pars reliqua Topi-
corum sit ipsius voluminis magnitudo demonstrat:
quam Victorinus neque attigit: neque attingere potuisset:
ita est rebus minimis immoratur nisi opus multa
librorum pluralitate distenderet. Mos vero et hanc ip-
sam particulam: quam Victorinus attigit diligenter

(ut possumus) aggrediamur: et longius expositione
progressi: cum Topicorum habemus sine consistere.
Quare de tota operis propositione conueniens su-
mamus exordium. Sed antequam de Topice facultate
ratione pertractem. Proemium: quo ad Trebatium.
M. T. utitur paucis absoluam. Ait.

Maiores nos res scribere ingressos. C. Treba-
ti: et iis libris quos breui tempore satis multos
edidimus: digniores: e cursu ipso reuocauit volun-
tas tua. Cum enim mecum in tusculano esses: et
in bibliotheca sepe uterque nostrum ad suum
studium libellos: quos vellet: euolueret. incidisti
in Aristotelis topica quedam: que sunt ab illo plu-
ribus explicata libris. Qua inscriptione commotus
continuo a me librorum eorum sententiam requi-
sisti. Quam cum tibi exposuissem disciplinam in-
ueniendorum argumentorum ut sine ullo errore
ad eam rationem via perueniremus ab Aristote-
le inuenta. illis libris contineri. verecunde tu qui-
dem ut omnia. Sed tamen facile ut cernerem te
ardere studio: mecum ut tibi. illa traderem egisti.
Cum autem ego te non tam vitandi laboris cau-
sa: quam quia tua id interesse arbitrarer. vel ut eos per te
ipse legeres. vel ut totam rationem a doctissimo quo-
dam rhetore acciperes: hortatus essem. utrumque
(ut ex te audiebam) es expertus. sed a libris te ob-
secritas reiecit. Rhetor autem ille magnus hec (ut
opinor) Aristotelica se ignorare respondit. Quod
quidem minime sum admiratus eius presertim Rhe-
tori non esse cognitum: qui ab ipsis presertim preter
admodum paucos ignoratur. Quibus cominus
ignoscendum est. quod non modo rebus his. que ab
illo dicte et inuenta sunt: allici debuerunt. Sed di-
cendi quoque incredibili quadam cum copia: tum sua
uitate. Non potui igitur tibi sepius hec roganti: et
tamen uerenti ne mihi grauis esses (Facile enim
id cernebam) negare diutius ne ipsi iuris interp-
ti fieri videretur iniuria. Etenim cum tu mihi meis
que multa sepe cauisses veritus sum: ne si ego graua-
rer. aut ingratum id aut superbum videretur. Sed
dum fuimus una tu optimus es testis quam fuerim oc-
cupatus. At autem a te discessi in greciam profici-
scens: cum opera mea nec res publica. nec amici.
vterentur. nec honeste inter arma versari possem.
Ne si tuto quidem id mihi liceret. At veni velias
tuaque et tuos vidi admonitus huius eris alieni no-
lui deesse ne tacite quidem flagitationi tue. Itaque
cum mecum libros non haberem memoria repeti-
ta in ipsa navigatione conscripsi. tibi que ex itinere
misi ut mea diligentia mandatorum tuorum: te quo-
que: et si admonitore non eges: ad memoriam nostra-
rum rerum excitarem. Sed iam tempus est ad id
quod instituumus accedere.

Omne proemium: quod ad componendum intendit
auditorum: ut in rhetoricis discit: aut beniuolentiam
captat: aut attentionem preparat: aut efficit docilita-
tem: his tribus partibus sibi Licero Trebatium for-
mat. Nam quod se a magnarum rerum incoatione reuo-
catus

catum: ad amici contulit voluntatem: fauorem uelut Trebatii iudicis beniuolētie partibus meretur. Maiores autem res sunt: a quarum inscriptione: ad amici studium uersus est moralis phie tractatus. Maior est enim morum ratio: q̄ peritia differendi. Id autē tempus fuisse conuicimus: quo pp turbulenta reipu. tempora in ocium se contulit: atq; phie disciplinas. Sed q; nobis audientiū mentes ueritatis quoq; opinio p̄sumpta conciliat: in eo etiam preparāde beniuolentie: partibus utit̄. Quod in cōmemorādis ueraciter iis: que Trebatius nouerat: facit illis fides: que posterius euenire ⁊ Trebatio ignota esse poterant. Hec autē sunt q; in Tusculano ad suū studiū uterq; libros euoluerit. Quodq; Trebatius casu in Aristoteles topica inciderit. Quod titulum operis admiratus: a. D. Tullio inscriptionis sententiaz perquisierit. Illud etiam quod ei Cicero se exposuisse commemorat: inueniendorū argumentorū illis libris scientiā contineri: ut sine ullo errore ad argumentorum inuentionem uia quadā ⁊ recto filo atq; artificio ueniret̄ que res breuiter enunciata: uelut intentionem operis mōstrat: ⁊ docilem perficit auditorem. In hoc nā q; uidetur esse cōprehensum que sit intentio topicorū q; ait disciplinā eē argumētōꝝ si ut inuēiatur id. n. nā suppeditat. Sed ut sine ullo labore: ac sine ulla confusione nō casu ad ea mens: sed quadam uie ductione perueniat. post beniuolentie hāc captationem Trebatii laudem subiūgit: q; eius uerecūdiā in his commemorat expetendis: que si postulanti amico Cicero prestitisset ⁊ glorie p̄m̄ium ferret ⁊ gratie: sed quod petenti Trebatio ut ei topicam traderet minime cōcessit: Id non proprii laboris fuga: sed trebatii potius causa factum esse contendit: ut in eo quoq; Trebatii ueluti tunc repulsi subiratus forsitā animus nunc non sit alienus. Intererat uo Trebatii. ut uel per se ipse legens exercitator fieret: uel ei perfectius si quā dubitaret rhetor doctior expediret. Utrumq; uo a Trebatio se narrat audisse. Illam ⁊ exptum eum: ut p se ipse legeret sed obscuritate reiectum: ⁊ illuz rhetorem a quo topicorū explanationem petiisset: illa se se Aristotelica ignorare confessum. Que res per operis difficultatem necesse est auditorem reddat attentum. Ea q; non negligentes inspiciamus: que nō facilis esse intelligentie suspicamus: in quo etiā Cicero minime se miratum eē cōmemorat: q; is philosophus a rethore nesciretur: qui multis ēt philosophis uideretur incognitus: quorum etiam iure culpā ignauitā quos ad Aristotelice philosophie disciplinas nō inuentorum utilitas non orationis nitor illerit. In quo ēt maioris p̄spicacie crescit attētio: q; facile ad studiū mentes aliorum segnitie culpata cōuertit. quocūq; uo attentio fuerit: non poterit abesse docilitas. In his etiam laus quedā Trebatii latenter inducit̄. Magnū est enim philosophis in suo quasi munere cessantibus hunc Trebatium ne pprio quidē studio p̄peditum: aliene scientie secreta rimari iam uo se quentia multo etiam clarius beniuolentiam petunt: uelut hoc quod elegantissime dictū est ueritū se esse ne si modeste postulantis uerecūdiē pernegasset ipsi quodammodo iuris interpreti fieri uideret̄ iniuria. ⁊ quod p̄cedens Trebatii meritis percepti beneficii memor exequit̄ id uo ē q; uel ipsi: uel iis quos ipse defenderet: plura cauisset. fuit igit̄: ut ait: uerendus: ne si restituere gratiam nolisset: aut ingratum id: aut superbum eē uideret̄. Ingratū qdem si magna Tre-

batii merita q̄ ipse usus fuerat: puo estimare uideretur: cū nullam ei gratiam restituendā putaret: superbum uo si sperneret: ad idē cetera reuertitur: Quod eiusdē testimonio nititur dū fuerit in urbe: se ne debitam redderet gratiam occupationis necessitate cōstrictum. Quod ut uenerit. Ueliam. Amicorū Trebatii conuentione commonitum: ne tacite quidem eius flagitationi deesse uoluisset: ⁊ q; licet librorū copia nulla suppeteret. De memorie tamē repetite p̄dptuariis in ipsa nauigatione conscripserit: eiq; ex itinere miserit ut beneficii cumulo: parendi etiā celeritas adderet. Que cū omnia benignū captare Trebatii uideantur assensum quedā tamen breuitas topicorū memoria repetita: attentionis necesse est animaduersione fungatur. ipsa namq; memorie repetitio breue monstrat esse quod colligit: quodq; diligentie sibi fuerit mandata Trebatii: ⁊ q; ad excitandam sui memoriam quasi pignus amico aliquod atq; monimentum uoluisset extare: Lūi adicit illud. ⁊ si admonitore non eges: ne offendat animum sedulitate admonitionis si quem cōmonendū credit. obliuionis uideat̄ arguere. Hec omnia: ut dixi beniuolentie p̄tibus plena sunt. Sed de p̄mio satis dictum est: Nunc ad cōsequentia transeamus. nec si quis hec apud uictorinū latius tractata repererit: nos neglecte integritatis stringat inuidia. Nā nec in singulis: ut ille facit: uerbis herere uolumus: ⁊ ad āpliora huius op̄is festinamus.

Cum omnis ratio diligens differendi duas habeat partes: unam inueniendi: alteram iudicandi utriusq; princeps (ut mihi quidem uidetur) Aristoteles fuit: Stoici autem in altera elaborauerunt: iudicandi enim uias diligenter persecuti sunt: eaz scientiam quaz dialecticē appellant. inueniendi uo artem: que topicē dicitur: Queq; ad usum potior erat: ⁊ ordine nature certe prior: totam reliquerunt. Nos autem quoniam in utraq; summa utilitas est: ⁊ utramq; si erit ocium persequi cogitamus: ab ea que prior est ordiemur.

Cum philosophia maximis in rebus opam suam: studiūq; consumat: cūq; ⁊ in naturalibus inspectionē: speculationemq; adhibeat: ⁊ in moralibus actiones: ⁊ sic formare gestiat mores: ut uera uite rō persuaserit: euenire necesse est: ut secundum id: quod rō tenendum esse decreuerit. uel faciendum quod: aut nō faciendum esse decreuerit. uel iudiciū cōstituatur: uel exercende uite dirigat intētio: Erit igit̄: necessariū. uel in naturali speculatione: uel in moralium actionū cogitatione: ut certa rō: uel qd in rebus speculandum est inueniat: uel q; i actū uiuēdi duci oporteat: an p̄p̄dat. hec autē rō nisi uia quadā p̄cesserit: sepe in multos necesse est elabatur errores. Quod ne passis fieret atq; ut certis regulis tractatus infisteret: uisum est antique philosophie ducibus: ut ipsaz rationationū: q̄ ali quid inquirendū esset naturam penitus ante discute rent: ut his purgatis atq; compositis: uel in speculatione ueritatis uel exercendis uirtutibus uteremur. Hec est igitur disciplina: quasi differendi quedā magistra: quā Logicē Peripatetici Ceteres appellauerunt: hanc Cicero diffiniens: differendi diligētes rationem uocauit. hec uario mō a plerisq; tractata est: uarioq; ēt uocabulo nūcupata. ut enī dictū est: a peripateticis hec ratio diligēs differendi logice uocat̄: continēs in se inueniēdi iudicandiq; penitiam. Stoici

In topicorum ciceronis commentariorum lib. i.

vero eandem banc rationem differendi Paulo angustius tractare. Nihil enim de inuentione laborantes in sola tantum iudicatione consistunt: de quibus ea precepta multipliciter dantes Dialecticam nuncupauerunt. Plato etiam dialecticam vocat facultatem: que id quod unum est possit in plura partiri veluti solet genus per primas differentias usque ad ultimas species separari: atque ea que multa sunt in unum generum ratione colligere. Hanc igitur Plato Dialecticam dicit Aristoteles vero logicam vocat. Quam: ut dictus est Cicero diffiniuit diligentem differendi rationem. Et huius uno quidem modo trina partitio est. Omnis namque vis logice discipline: aut diffinit aliquid: aut partitur: et aut colligit. Colligendi autem facultas triplici diuersitate tractatur. Aut enim veris ac necessariis argumentationibus disputatio decurrit: et disciplina vel demonstratio nuncupatur: aut tantum probabilibus: et dialectica dicitur aut apertissime falsis et sophisticis id est cauillatoria perhibetur. Logica igitur que est peritia differendi: vel de diffinitione: vel de partitione: vel de collectione. id est de veris ac necessariis vel de probabilibus. id est de verisimilibus vel de sophisticis. id est de cauillatoriis argumentationibus tractat. Has enim collectionis partes esse prediximus atque hoc est una logice partitio in qua Dialecticam Aristoteles vocat facultatem per probabilia colligendi. Rursus eiusdem logice altera diuisio est: per quam deducitur tota diligens ratio differendi in duas partes: unam inueniendi et alteram iudicandi: hoc autem videtur etiam ipsa Logice definitio monstrare. Nam quia logica ratio differendi est non potest ab inuentione esse separata. Cum enim nemo preter inuentionem differere possit: differendi ratio inuentionis est ratio. Rursus: quoniam logice diligens ratio differendi est: ab ea non potest abesse iudicium. ipsa enim diligentia rationis differendo posita iudicium est. Neque enim potest quisquam diligenter differere: nisi iudicauerit quale sit id quod in disputationem sumitur quod si ad differendi ordinem diligentia rationis adhibetur: non est dubium: quin hoc iudicium ad inuentionis varietatem sit accommodatum. His igitur ita expeditis videndum est: hec diuisiones qua nam se cognitione contingant. Inuentionis quippe ceteris omnibus veluti materie loco supponitur hoc modo. Nisi enim inuentionis fuerit non potest esse vel definitio vel partitio. Quoniam unumquodque generum vel differentiarum inuentione aut diuidimus: aut etiam vifinimus: Jam vero si absit inuentionis non valet esse collectio: Non erit igitur necessaria nec verisimilis: nec sophistica. Nec enim tria inuentioni superueniunt. ut vel necessarium: vel probabile vel cauillatorium sit argumentum. Necessitas vero et probabilitas et cauillatio forme quedam sunt que duobus inuentionibus assistunt necessaria vel probabilia vel cauillatoria faciunt argumenta: Eadem quoque ratio partitiones: diffinitionesque complectitur. Indifereta namque inuentionis potestas tum diffinitiva: tum diuisibilis appellari potest cum definiendis. pertendisue rebus adhibetur. Que hoc modo ex inuentionis materia: et differentiarum supra positarum forma composita rursus iudicationi materia sunt: nam prior illa partitio Logice tribus partibus segregata: ita partes explicat: ut habeat inuentionem materiam singularum: ipsa vero iudicationi materiam prestat. Et enim cum diffinit aliquid: vel rei proposita diuisionem facit. inuenit quidem diuisionem: diffinitionemque differentias accommodatas: Sed an recte vel dif-

finiat vel diuidat: iudicatione ppendit. Ita priores logice partes secunde diuisionis membra coniungunt: ut materiam quidem sui habeant inuentionem. Iudicationi vero fiant ipse materia quod in reliqua est colligendi parte contingit. Nam et ea que de probabilibus tractatibus inueniendi suppositam materiam: que verisimilia repperit argumenta et de huiusmodi argumento iudicatio ppendit: est enim iudicium hoc ipsum inter noscendi: quod non necessaria inuentionis est: sed verisimilitudinem tenet. illa quoque partes que de necessariis argumentationibus aptatur huius subiectam materiam necessarie inuentionis: eiusque est iudicium: ut cum necessaria sunt que inuenit necessaria quoque esse perpedit nec non cauillandi partes utraque in se continet quandoquidem et inueniri falsa possunt: et falsa est iudicatione discerni. Quo fit ut prior logice diuisio secundam etiam continere videatur. Illa definitio partitio: atque collectio inuentionem continent et iudicium: quod neque existere preter inuentionem neque agnosci preter iudicium possunt. Sed cum omnis inuentionis iudicationi subiecta sit cumque prioris diffinitionis partes sine utroque esse non possint euenit ut prima partitio inuentionem: iudiciumque coniungat. Secunda vero hec diuisio qua Cicero etiam partitur logicam: segregat huiusmodi facultates: et inueniendi materiam a iudicationis parte discernit. Iudicium vero in colligendi ratione proprias partes habet. nam omnis argumentatio: omnique syllogismus propositionibus fruitur: omnemque compositum duo in se quedam retinet: que speculanda esse videantur. Et quod unum que illa sint: ex quibus: id quod compositum est intelligatur esse conuexum: aliud vero quod nam sit suarum partium coniunctione compositum. ut in pariete si quidem lapides ipsos. quibus paries structus est inspicias quasi materiam spectes. Si vero ordinem compositionemque iuncture consideres tamquam de forme ratione ppendas. Item in argumentationibus quas propositionibus copagari. atque coniungi supra retulimus: gemina erit speculationis et iudicandi via. Una que propositionum ipsarum naturam discernit ac iudicat utrum vere ac necessarie sint: an verisimiles: an sophisticis applicentur. et hec quasi materie speculatio est. altera vero pars iudicij est: que inter se propositionum iuncturas compositionesque ppendit. hec quasi formam iudicat argumentorum. quod cum ita sint huius modo fit in partem ducta partitio: ut ratio diligens differendi unam habeat inueniendi partem alteram vero iudicandi: tum de ipsa inuentione: tum de inuentionis collatione: que forma est argumentationis atque ea quidem pars: que de inuentione docet: quedam inuentionibus instrumenta suppeditat: et vocatur topicum. Cur autem hoc nomine nuncupata sit posterius dicam. Illa vero partes: que in iudicando posita est: quasdam discernendi regulas subministrat: et vocatur analyticum: et si de propositionum iunctura consideret: analyticum prior. Si vero de ipsius inuentionibus tractet: ea quidem pars ubi de discernendis necessariis argumentis dicitur: analyticum posterior nuncupatur. Ea vero: que de falsis atque cauillatoriis id est de sophisticis elenchis de verisimilibus vero argumentationum iudicium nihil velle tractatum: iccirco quam plana est atque expedita ratio iudicandi de medietate: cumque extrema cognouerit. Si enim quis diiudicare necessaria sciat idemque falsorum argumentorum possit habere iudicium: verisimilia. que in medio collocata sunt: discernere non laborat. expeditum igitur est ut arbitror quid sit quod ait Cicero rationem diligentem differendi duas habere partes: inueniendi unam

Ad vnam alteram iudicandi: Illud etiam diligentius expositum est: que sit rō: quā stoici. Dialecticē vocāt. Ea est enim que iudicandi p̄tiam tenet. et q̄ eodem nomine plato p̄tendi p̄ differentias atq; ad gen̄ reuocandi facultatem vocet: Qd̄q; eodem nomine aristoteles totā differendi artem: sed eam tantū nuncupet. que p̄posita questione verisimilib⁹ colligat argumentis: atq; ideo p̄fecti⁹. Ar. de logica tractauit quā de duobus vltra que nihil est tertium: differuit de inueniendo. s. et iudicando cum stoici inuentione neglecta iudicationis tantū instrumenta tradiderint: atq; ideo iure eos increpat Tullius quā id maxime relinq̄re qd̄ et nā prius et vsu potius erat. Illatura quidem q̄ fieri non potest vt de inuentione iudicet nisi ipsa inuentione prius extiterit. Ad vsuz vō: q̄ longe vtilius est nuda et p̄ter artē plata nāliter inuentione susceptum sepe tueri negotiuz q̄ nihil inueniente alio mutum ipsū inermeq; et tacitum versare iudicium. Dat vō Tullius de vtroq; sententiam et ait summā p̄ter vtilitatem in vtroq; consistere: et se de vtraq; si ociā fuerit: velle differere. Ab ea autez que prior ē. i. inuentione: quā topicen appellari diximus: ordiēdū putat.

Ut igitur earum rerum: que abscondite sunt demonstrato et notato loco facilis inuentione est: Sic cū peruestigare argumentum aliquod volum⁹: locos nosse debemus. Si. n. ab Aristotele appellate sūt he quasi sedes: e quibus argumenta promuntur. Itaq; is diffinire locum eē argumenti sedem: Argumentū autē rōem que rei dubie faciat fidem.

Cisost diuisionem logice discipline: quā diligentem differendi rationem esse diffiniuit: de Topicis: que inueniendi ars esse predicta est: expedire contendit. Ac priū qd̄ sint loci termino diffinitionis includit: ei⁹ q̄ artis: que topicis dicitur sub exempli quadā claritate intentionē designat. Est enī Topicis intentio argumentorū: facilis inuentione. Nō igitur inuenire docet topicis: quod est naturalis ingenii: sed facilius inuenire. Ois q̄ppe ars imitat nām: atq; ab hac materia suscepta rōnes ipsa viāq; conformat: vt cū facilius id qd̄ ars queq; p̄mittit: tum elegantius fiat: velut parietem struere naturalis ingenii est: h̄ arte fit melius: Argumentū rō est que rei dubie faciat fidem. Multa enī sunt que faciūt fidē: sed q̄ rationes non sunt: ne argumenta quidē esse possunt: vt visus facit fides iis q̄ vident: sed q̄ rō non est visus: ne argumentum qdem eē potest Differentiaz vō vna sumpsit eā que faciat fidem. Oē. n. argumentū facit fidē. Si igitur iungerim⁹ genus ac differentia: et idē argumentū dicam⁹: q̄ rationē: que facit fidē nā tota argumenti nā monstrata sit: minime. Quid si eius rei: de q̄ nō dubitat: aliq̄ rōe facez q̄ fidē velit: nā iccirco illa q̄ fidē faciat vocabitur argumentū: nullo mō. Argumentum namq; ē qd̄ rē arguit. i. p̄bat nihil vō probari nisi dubiū pōt. Nisi ergo sit res ambigua: et ad eam rō fidem faciēs afferat argumentus esse nō poterit. Addita igitur alia differentia: q̄ est rei dubie: facta est integra diffinitio argumenti ex genere et duabus differentiis cōstans. Genere quidem rōe. vna vō differentia q̄ faciat fidē. altera vō q̄ rei dubie vt sit tota diffinitio id eē argumentum q̄ sit rō rei dubie faciēs fides. Que cum ita sint: necesse est: vt vbi dubitat aliqd̄: ibi sit q̄stio. Qd̄ si argumentū p̄ter rē dubiā esse non poterit. nullo mō esse p̄ter q̄stiones pōt. Questio vō est dubitabilis p̄pō. p̄positio vō est oratio uerū falsūve desi-

gnans. ois igitur p̄positio siue cōstāter atq; p̄nunciatiue p̄ferat vt si qs dicat: ois hō aīal est siue ad interrogationes dirigat. vt si quis interroget: putasne ois hō aīal est: retinet proprium yomen: et p̄positio nūcupat. At si eadem velut dubitabilis p̄feratur sit q̄stio: velut si qs q̄rat an ois hō aīal sit. Quot autē modis questio diuidat. nūc explicandi locus nō videt ac comodatus: h̄ in iis libris dicemus: quos de topicis differentiis formare molimur. Ad questionē igitur. i. ad dubitabilem p̄positionem ois intentio dirigat argumenti. Nō vō vt totā cōprobet questiones h̄ ut p̄tem ei⁹ rōne confirmet. Neq; enī tota questio defendit: h̄ vna eius qlibet pars argumentatione firmat. Memo enim defendit. celum rotundum esse et non esse. Si enim ita qs defenderet totā questionem videret p̄bare. S; cū ita cōsiderat: Utrū celum rotundū sit an nō sit: in vna tātū consistit q̄stionis p̄te defendit siue q̄ affirmat siue q̄ negat. Ois. n. q̄stio p̄dictionibus p̄stat. nā si q̄ res altero affirmet neget ab altero: totū h̄ p̄dictio nuncupat ut si qs dicat celum rotundū est alter neget dicēs. celū rotundū non est Celus rotundū esse nō eē p̄dictio p̄hibet. Dubitabilis vō p̄positio quā q̄stionē eē p̄diximus: et affirmationem in se p̄tinet et negationē. hoc ipso. n. q̄ dubitabilis est p̄dictionē videt includere. Lū. n. dubitat qs vtrū celus rotundū sit siue adiūgat an nō sit: siue reticeat. ipa dubitatio p̄tem secū alteram trahit. Si. n. vna p̄tem p̄pō tueat: dubitabilis non est atq; iccirco nec q̄stio Lūm igitur ois q̄stio duas habeat p̄tes: Affirmationis vna alteram negationis necesse est vt sit sp̄ ex alterutra p̄te defensio: vt vna qdē affirmationis partē: negationis alter defendat. Et hic qdē ad astruendā affirmationem: ille vō ad destruendam: que potuerit argumenta p̄q̄rat. Nihil vō interest vtz qs affirmatio nes pōat: an destruat negationē: aut negationē defendat: an opugnet affirmationē. Age. n. sit q̄stio vtrum celus rotundū sit. Si quis eam sibi q̄onis p̄tes assūpserit. q̄ esse defendit ad eaz constituendā cūcta necesse est sibi cōparet argumenta: atq; in hac affirmationes qdē ponit: sed destruit negationē: si qs vō id neget ac dicat nō eē celū rotundū: sūpsit sibi partē alterā q̄onis q̄ fuerat reliq̄. i. negationem i eaq; cōsistit: et ad hanc approbādā p̄q̄stis vtiq; argumentis. Itaq; negationē ponit et labefactat affirmationē. q̄ cū ita sint demonstratū arbitror non totā q̄onē: sed ei⁹ aliquā p̄te ad defensionē v̄ire. Sed qd̄ quisq; defendet ad id quo qs argumenta p̄quirat. Ad partes igitur q̄onis astruendā: destruendāue argumenta sumūtur atq; hec qdē si qs min⁹ intelligit: nō ea nobis obscure dicta esse causef. Si. n. q̄ i dialectica: vel a nobis dicta latia oratione: vlt a grecis scripta sūt: ignorabit: mix ē si q̄ p̄te eorū q̄ dicim⁹ aduertē valeat: nedū stupeam⁹: q̄ si oia p̄phēdat. S; qm̄ dubitabile p̄pōnē q̄onē eē p̄dixim⁹ euenit. vt qs p̄tes habeat p̄positio: eadē ē q̄stio res tinere videat. Ois autē simplex p̄positio duas bz p̄tes in terminis cōstitutus. Simplex vō p̄positio ē bimōdi Ois hō aīal est: Terminos vō voco: simplices orationis p̄tes: q̄ p̄tinet p̄positionē: vt aīal et hō. Nō vō sūt p̄dicatus atq; subiect⁹. p̄dicat⁹ ē in p̄positione maior terminus collocat⁹: subiect⁹ vō minor. Maior vō terminus de subiecto dī: minor autē de maiore nullomō p̄dicat vt aīal: qd̄ qm̄ maius ē q̄ hō de hōse p̄dicat dī. n. ois hō aīal est. hō vō de aīali nō dī. Memo. n. vere dicit. oē aīal hō ē. Hac igitur rōne iternoscere possum⁹ q̄ terminus in p̄positione maior: q̄ vō sit minor.

In topicorum ciceronis commentariorum lib. i.

Ois autem questio ut dicitur est quoniam dubitabiles partes habet: et ad eandem comprobandas argumenta sumuntur: necesse est ut quicquid in quodlibet comprobetur id argumentorum ratione firmetur. Argumentum vero nisi sit oratione platum: et propositionum contextione dispositum fide facere dubitationi non poterit ergo illa per propositiones platio: ac dispositio argumentatio nuncupatur: quod dicitur enthymema: vel syllogismus. cuius definitionem in topicis differentiis aptius explanabimus. Ois vero syllogismus vel enthymema propositionibus constat omne igitur argumentum syllogismo vel enthymemate profertur. enthymema vero est imperfectus syllogismus: cuius aliquae partes: vel pro brevitate vel pro notitia pretermisae sunt. itaque haec quoque argumentatio a syllogismo genere non recedit. Quoniam igitur syllogismus omnis propositionibus constat propositiones vero terminis: terminis inter se differunt eo quod unus maior est: alter minor fieri non potest ut ex propositionibus conclusio nascatur nisi per terminos progressae propositiones: extremos terminos alicuius tertii mediate commiserint: id facillimo demonstrat exemplo. Sit. n. questio. utrum homo substantia sit an minime. Sumo mihi quodammodo partem alteram comprobandam. ea est hominem esse substantiam in hac igitur duo sunt termini: substantia atque homo quorum maior substantia: homo vero minor: quod ex eo quoque poterit ostendi. quomodo posterius substantia in platione profertur. ut in hoc ipso quod dicimus homo substantia est prius homines posterius substantiam nominamus. ut igitur substantiam atque homines iungamus: necesse est medium terminum reperiri. quod utroque copulet terminos. hic sit animal. fiatque una propositio omnis homo animal est in hac igitur propositione animal predicatur. homo subiicitur rursus adiungo. Omne autem animal substantia est. in hac rursus animal supponitur substantia predicatur. Itaque concludo. omnis homo substantia est. ac per hoc homo quidem species subiicitur. Animal vero ad hominem quidem predicatum est ad substantiam vero subiectum. Substantia vero ipsa species predicata praesertim fit ut minor quidem sit homo maior vero homo substantia. medius autem terminus animal. Quomodo igitur extrinseci termini medii interpositione copulantur: eorum modo quodammodo rationis inter se membra conveniunt adhibitaque probatione soluitur dubitatio. Nihil est aliud argumentum quam medietatis inveniatio: h. n. vel communi genere si affirmatio defendatur. vel distinguere: si negatio vindicetur. potuerit extrinseci. Que cum ita sint. duarum propositionum et tertiae conclusionis. Maior quidem propositio dicitur ea: quae maiorem terminum continet. id est quae maior quidem predicatur. medio vero supponitur ut omne animal substantia est. Minor vero propositio: quae medius quidem terminus predicatur subiicitur autem minorem. ut omnis homo animal est. Sed quomodo a maioribus necesse est minora descendere: eius conclusionis: que ex duabus propositionibus nascitur illa quae propositio effectrix propositio videtur esse: que prima est. haec autem est. omnis homo substantia est quod quae priores posterioresque nostras analyticas: quos ab Aristotele transtulimus: legit minime dubitaverit. Sed si quis que illic scripta sunt nesciens ad haec legenda proruperit: etiam si rationes rerum quas non intelligit: minime comprehendit: ita tamen ut dicitur esse credat: sequitur id in Aristotelis analyticis vberius inveniuntur esse si legerit arbitretur. Nam igitur rerum fert ut ubi quod maius ac minus est etiam ibi maximum quoque aliquid esse necesse sit. Quo fit ut sint quaedam maxime propositiones quomodo minores maioresque esse monstravimus: quarum nam ex simplicium propositionum partitione sumenda est. Ois. n. simplex propositio vel affirmativa est vel negativa: earumque alie sunt universales. ut omnis homo iustus est: nullus homo iustus est. Alie particulares: ut quidam homo iustus est. quidam homo iustus non est. Alie indefinitae: ut homo iustus est homo iustus non est. Alie singulare aliquid atque individuum

